constituti,ad veras paroeciae eveherentur. Quae tractationes etiam Gubernio Status multum favente optimum sortitae sunt exitum,cum decreto Status Ministerii de die quinto huius mensis erectio sex novarum paroeciarum fuerit approbata.

NOS vero auctoritate NOSTRA ordinaria confirmamus ac sancimus secundum s. canonum normas erectionem sex novarum paroeciarum ,nempe :

a.) intra territorium paroeciae B. Mariae Virginis :

I. paroeciam S. Caroli,

II. paroeciam S. Iosephi ,

III. paroeciam S. Martini ,

IV. paroeciam S. Michaelis ;

b) intra territorium paroeciae S. Elisabeth :

V. paroeciam S. Bonifatii ;

c) intra territorium paroeciae Ssmi Cordis Iesu :

VI. paroeciam S. Cunigundis.

Quarum omnium paroeciarum fines nec non reditus sunt iam constituti.

Liberam autem praedictarum sex paroeciarum collationem NOBIS NOSTRISque successoribus reservamus.

./.